

pro sacerdotio Ecclesiastico, quod consistit in verbi prædicatione & sacramentorum administratione. Confer. Doct. Balduinum in Instit. Ministr. c. 6. & c. 20. p. 209.

5. *Quod initium habuit in N. T. non fuit in V. Testamento.*

*Evangelium initium suum habuit in N. Testamento, Marc. 1. 1.*

*E. non fuit in V. Testamento.*

Resp. hac rutubâ Photiniani utuntur in controversiâ: *an eadem fuerit salutis ratio in V. T. ac modò in N.?* respondet Meyfartus in Nodo Gordio Sophist. l. 3. p. 450. esse ἀπάτην ὁμωθυμίας in minori propositione. Vox enim Evangelii accipitur & pro doctrinâ & pro libro. Si de doctrinâ falsa est; si de libro, vera.

6. *Quod nullam substantiam potest corrumpere, non potest corrumpere liberum arbitrium.*

Ratio: quia Lib Arbit. est ipsa principalis animæ substantia, nempe mens & voluntas.

*Atqui*